

*luxuria impedit bonam
fortunam*

reddierunt ultra modum gaudentes/ Acmat autem inferiare fecit Argonem nepotem suum & ipsum faciebat optime custodire. Acmat uero multum luxuriosus erat. iuit ad curiam causa sumendi solatium & gaudium de tot pulcris| domicelabus quot 118v^o habebat. dimisit ergo dominum totius exercitus que[m]dam Melic/ in cuius custodia dimisit Argonem. & dixit ei quod deberet ipsum custodire bene sicut uitam caram ei reputabat & quod in paucis dietis ad curiam uenire deberet pro salute sue gentis Melic uero dixit quod sua precepta bene fient. Acmat ergo cum magna gente discessit. & iter arripuit causa remeandi ad curiam per hunc uero modum Acmat de suo exercitu discessit & dimisit dominum illum melic & argon inferiatus remansit tam mestus quod mori uoluiset :/ qualiter tractatur de liberatione argonis

Accidit enim quod quidam magnus baro tartarus qui maximus euo erat pietatem habuit de argon & dixit magnum malum esset retinere dominum suum captum & dixit baronibus ut ipsum liberarent & pro domino retinerent secundum quod rationabiliter debet esse tunc omnes cum ipso concordauerunt & omnes iuerunt ad pampilionem ubi argon captus erat/ & boga qui erat maior & capud istius negotij primo fuit locutus in hunc modum domine argon nos manifeste cognoscimus quod male fecimus in eo quod uos captum habemus. vnde dicimus quod ad bene faciendum redire uolumus. & liberare uos uolumus & sitis noster dominus sicut esse debetis & uerba sua finiuit :/ qualiter argon deliberatus est :/

Cvm Argon intellexisset id quod boga dixerat| uere credebat quod de ipso 119r^o trufaretur/ & cum magna ira & mesticia respondit taliter. dominj magnum peccatum facitis/ quia truffamini de me & bene deberet sufficere quod michi fecistis tam magnam iniuriam. quia quando me pro domino retinere deberetis uos me captum retinetis in ferijs & bene agnoscitis quod male facitis & peccatum & ideo uos rogo quatinus discedatis & non truffemini de me. cui boga respondit domine Argon pro certo sciatis quod nos non truffamus set ueritatem dicimus. & per fidem nostram uobis iuramus. ergo [o]mnes barones iurauerunt ipsum pro domino retinere/ & argon eis iurauit non redere malum premium de offensa & quod ipsos caros retinebat quemadmodum abaga pater suus tenebat/ tunc argon deferiatus fuit & ipsum pro domino tenuerunt. Et argon dixit quod sagitarentur sagite in illum papilionem tot quod melic qui retinebat ipsum captum & qui erat dominus tocius exercitus sit mortuus post hec uerba nulla mora fuit set statim multe sagite sagitate fuerunt in illum pampilionem & melic mortuus fuit Et cum totum istud factum fuit. Argon cepit dominium. & precepit omnia que uoluit. & ei tamquam domino obediebatur. & ille quem nominauimus melic qui mortuus est nominabatur soldanus & erat maior dominus qui esset penes